

TRIBUNALE APOSTOLICO DELLA ROTA ROMANA — *Vindobonens.* - Nullità del matrimonio - Simulazione totale - Fini del matrimonio - Sentenza definitiva - 14 ottobre 1992 - Funghini, *Ponente* (\*).

**Matrimonio - Consenso - Simulazione totale - Rapporto tra simulazione e fini del matrimonio - *Finis operis* e *finis operantis* - Coesistenzialità e ordine nella realizzazione dei *finium operis* - Atto positivo di esclusione del *finis operis* - Rilevanza della incompatibilità tra il *finis operis* e il *finis operantis* - La prevalenza del *finis operantis* come indicatore della esclusione implicita del *finis operis*.**

*La simulazione totale, in questo caso, è molto collegata coi fini del matrimonio. Nella finalità si distingue tra il finis operis — bene al quale l'azione tende per propria indole — e il finis operantis o bene particolare che si propone l'agente nel compiere l'azione. Il finis operis dev'essere, per natura, essenziale e necessariamente aderente al matrimonio. La dottrina tradizionale indica un triplice finis operis: la procreazione-educazione della prole, l'aiuto reciproco e il rimedio della concupiscenza. Il nuovo Codice evita le distinzioni nella gerarchia dei fini e indica l'esistenza di due beni — bonum coniugum e bonum prolis — coesenziali al matrimonio, propri e inseparabili in quanto dovere di natura, che si realizzano attraverso la mutua donazione interpersonale dei coniugi: i coniugi sono, prima, marito e moglie e poi padre e madre. Il finis operis, in quanto fine oggettivo ed intrinseco al quale si ordina il matrimonio per sua propria natura, non richiede che i nubenti lo cerchino espressamente: basta che non lo escludano con un atto positivo della volontà. I fini dell'agente possono essere molto variati e diversi: intrinseci o estrinseci al finis operis. Chi si propone un finis operantis meramente diverso dal finis operis non vizia il consenso, a meno che allo stesso tempo escluda assolutamente il finis operis con un'intenzione positiva. Se l'agente si propone di raggiungere con intenzione prevalente un fine primario non soltanto diverso ma contrario e avverso alla naturale ed essenziale ordinazione del matrimonio, rende nullo il matrimonio perché*

---

(\*) Vedi nota alla fine della sentenza.

*esclude implicitamente il finis operis. Chi intende raggiungere un fine cattivo, salva tuttavia la sostanza del contratto e senza esclusione del finis operis, certamente agisce in modo riprovevole e molto illecito ma per se non vizia tanto gravemente il consenso da rendere nullo il matrimonio. Il finis operantis per se stesso costituisce causa e ragione per contrarre matrimonio, non per simularlo: per questo, il fatto di essersi sposato per raggiungere un determinato fine non si può addurre per avallare o provare la simulazione. Non si può ammettere il consenso simulato se non si dimostra che ci fu una perversione dei fini e che il fine estrinseco al matrimonio è stato l'unico fine del contraente cosicché il matrimonio non fu altro che un semplice mezzo, il quale, ottenuto il fine estrinseco, ormai si ritiene inutile.*

(Omissis). — FACTI SPECIES. — 1. Mense februario a. 1983, in sede mensae nummariae, penes quam suam praestabat operam, Dominus G., primo obviam habuit Dominam S., ministram, quae, quaestus causa, argentariam petierat.

Post repetitos occursum, mense aprili insequenti amatoriam necessitudinem nexuerunt iuvenes.

Domino G., antequam idem in conventam incidisset, parentes donaverant solum, in quo extruendam curabat domum.

Negotium quam maxime puellae eiusque parentibus curae fuit: futurus quoque socerus adlaboravit ut domus prompte ac properanter perficeretur et exornaretur.

Domo extracta, puella et parentes pro celebrandis nuptiis institerunt. Tergiversatus est initio vir, qui in insequentem annum matrimonii celebrationem differendam statuerat. Tandem instantiis cessit et die 28 maii 1986 sacro iuncti sunt foedere sponsi in paroeciali ecclesia pagi v. d. « H », intra fines archidioeceseos Vindobonensis.

Statim ac celebratae sunt nuptiae, mulier sibi adscriptam voluit per actum coram notario dimidiam partem domus. Conditionem acceptavit vir.

Coniugalis convictus, in nova extracta domo positus ac nulla prole recreatus, nec felix nec diuturnus fuit. Frequentes fuerunt lites ob quaestiones ordinis oeconomici.

Cum hae cotidie in peius communem vitam verterent, ad separationem devenerunt coniuges et, instante muliere, ad divortium a. 1987, non parvam repetendo pecuniae summam.

Ratus matrimonium cum Domina S. initum nullum esse declarandum utpote consensus vitio infectum, vir die 16 decembris 1987 li-

bellum obtulit Tribunali Ecclesiastico Vindobonensi illud nullitatis accusans ob simulationem totalem.

Petitioni obstitit mulier quae, nedum suam reddere iudicalem depositionem renuit, sed et subsignationem apponere in calce decreti concordationis dubii.

Causa absque cooperatione conventae instructa ac defensionali opera commutata, Tribunal Vindobonense die 6 decembris 1988 sententiam votis actoris adversam protulit.

Actor, se gravatum tenens a « sentenza sbagliata », appellatorem interposuit ad Rotam Romanam.

Agendi rationem haud immutavit conventa, quae rite citata est ad contestandam litem per Tribunal Vindobonense, at siluit.

Instante sedula Patrona, auditus est parochus partium, qui causam suasit atque actorem adiuvit in conscribendo libello.

Qua suppletiva inquisitione expleta et defensionibus commutatis inter cl. mam Patronam et R. D. Vinculi Defensorem, Nobis hodie respondendum est concordato dubio sub formula: « An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob simulationem totalem ex parte mulieris conventae iuxta can. 1101, § 2 C.I.C. ».

IN IURE. — 2. Cum asserta simulatio totalis, in casu, arcte connexa sit cum finibus matrimonii, de his, praetermissa tractatione de simulatione totali eiusque probatione, ceterum fere cotidie a iurisprudencia Nostri Fori proposita, disserendum esse ducimus.

Ex catholica doctrina et canonica traditione plures instituto matrimoniali fines agnoscuntur (Cfr. Catechismum ex Decreto Concilii Tridentini ad parochos, n. 291, de quo videbimus infra; can. 1013, § 1 C.I.C. 1917 eiusque Fontes; Litt. Enc. « Casti connubii »: « Ex Deo sunt ipsa matrimonii institutio, fines, leges, bona » - (AAS, vol. XXII, p. 542); Const. Apost. Concilii Vaticani II « Gaudium et Spes », quae matrimonium « variis bonis ac finibus praeditum » dicit - n. 48).

Cum autem quis vario subiectivo consilio contrahere queat et matrimoniale institutum, ut tale, obiectivum finem habeat, finis praemissa notione, nota philosophiae scholasticae distinctio inter finem operis et finem operantis in limine attendenda est.

Finis est « id cuius gratia aliquid fit » (C. BOYER, *Cursus philosophicus*, vol. I, ed. II, p. 356) seu « il motivo per cui si fa una cosa e lo scopo a cui è indirizzata un'azione » (A. FOSSATI, *Fine*, in *Enciclopedia Filosofica*, vol. II, col. 439).

Finis operis est bonum ad quod actio sua indole tendit quodque sua natura producit utpote « inerente all'essenza stessa dell'atto che si compie » (A. FOSSATI, *o.c.*, *l.c.*), uti v.g. finis eleemosinae est miserum sublevare. Est ergo obiectivus et intrinsecus.

Finis operis autem haud constituit bonum quod dumtaxat accidentaliter, i.e. ob peculiare nec necessarias circumstantias, ex opere derivatur. Etenim quod accidentaliter ex quodam principio procedit, non ab ipso principio qua tali, sed ex alterius accidentalis causae concursu originem trahit. Id, ex infra dicendis, si et quatenus, constituere potest finem operantis.

Finis operantis est bonum quod agens sua actione intendit seu consequi sibi proponit, uti v.g., si exemplo superius dato stemus, per eleemosinam videri generosum.

Quae notiones matrimonio applicando dicendum finem operis esse ipsi matrimonio naturaliter essentialem ac necessario adhaerentem cum ad illum matrimoniale institutum ex sua indole ordinatum sit.

Finis operantis est illud bonum, ad quod consequendum tendit contrahentium voluntas. Plures esse possunt operantis fines, cum, praeter interiores matrimonii fines, plures esse possint exteriores.

3. Triplex a traditionali doctrina indicatur finis operis, quem Deus matrimonio praestituit: procreatio et educatio prolis, mutuuum adiutorium et remedium concupiscentiae.

Codex Piano-Benedictinus finis operis hierarchiam quoque determinavit in can. 1013, § 1: « Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis; secundarius mutuuum adiutorium et remedium concupiscentiae ».

At haec in classes vel gradus distributio quid novum constituit, cum perexiguum et haud univoce propositum fuerit ecclesiae super re magisterium: « Si inspicimus documenta Magisterii de matrimonio — scribit cl.mus P. Navarrete — vel in genere documenta S. Sedis et ipsum Corpus Iuris Canonici, quae hanc materiam aliquomodo respiciunt, animadvertimus, haud sine miratione, vix quidquam circa fines matrimonii — sub ratione praecisa finium — inveniri usque ad formulationem canonis 1013, § 1 (1917) » (U. NAVARRETE, *Structura iuridica matrimonii secundum Concilium Vaticanum II*, p. 26, n. 16).

Idem Catechismus ex Decreto Concilii Tridentini ad parochos S. Pii V Pont. Max. iussu editus hanc in art. 291 tradebat doctrinam: « Sed quibus de causis vir et mulier coniungi debeant, expli-

candum est. Prima... est haec ipsa diversi sexus naturae instinctu expetita societas, mutui auxilii spe conciliata, ut alter alterius ope adiutus, vitae incommoda facilius ferre, et senectutis imbecillitatem sustentare queat. Altera est procreationis appetitus ... Tertia est, quae post primi parentis lapsum ad alias causas accessit ... ut scilicet, qui sibi imbecillitatis suae conscius est, nec carnis pugnam vult ferre, matrimonii remedio ad vitanda libidinis peccata utatur... Hae igitur sunt causae, quarum aliquam sibi proponere quisque debet, qui pie et religiose, ut sanctorum filios decet, nuptias velit contrahere. Quod si ad eas causas aliae etiam accedant, atque in habendo uxoris delectu, alteri alteram praeponant, ut haeredis relinquendi desiderium, divitiae, forma, generis splendor, morum similitudoy; huiusmodi sane rationes damnandae non sunt, cum matrimonii sanctitati non repugnent; neque enim in sacris Litteris Jacob patriarcha reprehenditur, quod Rachelem, eius pulchritudine illectus, Liae praetulerit (Gen. XXIX, 17) ».

Assertam insuper in can. 1013, § 1 C.I.C. 1917 finium hierarchiam nec Codificatores, saltem initio, probaverunt. In schemate enim a. 1913 dicebatur: « Matrimonii finis non modo est procreatio atque educatio prolis, sed mutuuum quoque adiutorium et remedium concupiscentiae ».

4. Post Codicem Piano-Benedictinum nedum finium hierarchia affirmata est: « Habentur... tam in ipso matrimonio quam in coniugalis iuris usu etiam secundarii fines » (Litt. Enc. « Casti connubii » (A.A.S., vol. XXII, p. 561), sed et dependentia ac essentialis subordinatio finium secundariorum fini primario, ad reprobandas contrarias sententias hinc inde in mundo catholico serpentes: « Due tendenze sono da evitarsi — adloquebatur Pius XII Praelatos Auditores SRR. coram admissos — quella che ... dà peso unicamente al fine primario del matrimonio come se il fine secondario non esistesse o almeno non fosse finis operis stabilito dall'Ordinatore stesso della natura; e quella che considera il fine secondario come ugualmente principale, svincolandolo dall'essenziale sua subordinazione al fine primario » (A.A.S., vol. XXXIII (1941), p. 423).

Quae subordinatio magis praefinitis verbis asseritur in Decreto S. Officii d. 1 aprilis 1944 (A.A.S., vol. XXXVI, p. 103) et in allocutione Summi Pontificis Pii XII ad Obstetrices: « Ora la verità è che il matrimonio, come istituzione naturale, in virtù della volontà del Creatore, non ha come fine primario e intimo il perfezionamento

personale degli sposi, ma la procreazione e l'educazione della nuova vita. Gli altri fini, per quanto anch'essi intesi dalla natura, non si trovano nello stesso grado del primo, e ancor meno gli sono superiori, ma sono ad esso essenzialmente subordinati. Ciò vale per ogni matrimonio, anche se infecondo: come di ogni occhio si può dire che è destinato e formato per vedere, anche se in casi anormali, per speciali condizioni interne ed esterne, non sarà mai in grado di condurre alla percezione visiva » (*A.A.S.*, vol. XLIV (1951), p. 849).

Hisce principiis plene obsequens fuit iurisprudencia Rotalis agendo de simulatione totali vel de exclusione boni prolis (Cfr. inter alias celeberrimam decisionem, frequenter relatam, c. Wynen, Romana, d. 22 ianuarii 1944, SRR. Dec., vol. XXXVI, p. 607 sq., nn. 9-30).

Attamen Codicis Piano-Benedictini dictio ac distinctio inter finem primarium et secundarium, a subsequenti Magisterio, ut vidimus, constanter tradita, non ab omnibus probabatur.

Anno 1941, quando scilicet penes canonistas et moralistas acrior agitabatur quaestio de finibus matrimonii et praesertim quoad subordinationem finium secundariorum fini primario (Cfr. I. CHELODI, *Jus canonicum de matrimonio*, ed. V, 1947, p. 3, n. 3), Arcturus Carolus Jemolo in suo laude celebrato libro, cui titulus « Il matrimonio nel diritto canonico », scribebat: « Sarebbe bene rinunciare ai termini di fini primari e secondari, e parlare più realisticamente dei fini personali immanenti al matrimonio e della procreazione, distinguendo gli uni e l'altra dal senso del matrimonio. Senso e fini non devonovenir confusi » (*A.C. JEMOLO, Il matrimonio nel diritto canonico*, 1941, p. 84).

5. Multiplicitatem finium affirmavit Concilium Vaticanum II cum in Const. Apost. « Gaudium et Spes » matrimonium a Deo dixit « variis bonis ac finibus praeditum » (n. 48) quin tamen illorum hierarchiam statueret: « omnia pro generis humani continuatione, pro singulorum familiae membrorum profectu personali ac sorte aeterna, pro dignitate, stabilitate, pace et prosperitate ipsius familiae totiusque humanae societatis maximi sunt momenti » (*ibid.*).

« Nullibi tamen — animadvertit P. Navarrete — in ea (Const. Apost. « Gaudium et Spes ») habetur recensio finium quibus matrimonium a Deo praeditum est, secus ac fit in can. 1013, § 1 ac in Enc. « Casti connubii ». A fortiori nullibi in Constitutione invenitur propositio explicita hierarchiae finium. Immo certum est Concilium

voluisse quaestionem technicas circa hanc materiam evitare et nihil de eis decidere ... Clare supponitur in expositione conciliari matrimonium, praeter procreationem et educationem prolis, habere alios fines institutionales... Nullibi autem dicitur quinam sint huiusmodi fines institutionales. De mutuo adiutorio semel mentio fit; at non exhibetur formaliter sub ratione finis. De remedio concupiscentiae nulla fit mentio; praesupponitur tamen matrimonium ordinatum esse etiam ut coniuges in eo inveniant honestam satisfactionem exigentiis sexualibus » (U. NAVARRETE, *o.c.*, p. 42-43, ubi de disceptationibus ac elaboratione textus conciliaris ampla accurataque affertur critica relatio).

6. Vestigiis doctrinae Concilii Vaticani II inhaerens, Novus Codex non amplius explicite loquitur de finibus matrimonii ac consequenter a Codice Piano-Benedictino indigitatam finium hierarchiam praetermittit.

Tradendo autem matrimonii definitionem, in can. 1055, illius naturalem ordinationem nedum significat, sed et determinat ac terminis circumscribit. Matrimoniale foedus enim « indole sua naturali ad bonum coniugum atque ad prolis generationem et educationem ordinatum » affirmat.

Ex eo autem quod in relata coniugalis foederis definitione primum locum teneat bonum coniugum haud deducendum est illud praecipuo iure gaudere quam generationem et educationem prolis. Dictio canonis, dum vitat praecedentis Codicis locutiones et distinctiones, potius significare et indigitare vult duo bona esse matrimonio co-essentialia, propria et inseparabilia utpote officium naturae et opus nedum attingentia, sed inchoantia et perficientia, ordinemque quo haec perficiuntur ac consequuntur per mutuam interpersonalem coniugum donationem et acceptationem exprimere et illustrare. Coniuges enim prius sunt maritus et uxor, deinde pater et mater.

Primus enim gressus est « actus voluntatis quo vir et mulier foedere irrevocabili sese mutuo tradunt et accipiunt ad constituendum matrimonium » (can. 1057, § 2) et « indole... sua naturali ipsum institutum amorque coniugalis ad procreationem et educationem prolis ordinatur iisque veluti suo fastigio coronatur. Vir itaque et mulier, qui foedere coniugali "iam non sunt duo, sed una caro" intima personarum atque operum coniunctione mutuam sibi adiutorium et servitium praestant sensumque suae unitatis experiuntur et plenius in dies adipiscuntur » (Const.Apost. « Gaudium et Spes », n. 48).

Tum ipsum cum coniuges « fiunt una caro » interpersonalem intimam donationem absolvunt et consummant atque proprium quoque bonum consequuntur. Proles igitur, ad quam indole sua tendunt matrimonium et amor coniugalis, in itinere, ut ita dicam, coniugali est alter gressus: « Filii Sane sunt praestantissimum matrimonii donum et ad ipsorum parentum bonum maxime conferunt » (Const. Apost. « Gaudium et Spes », n. 50).

7. Hisce positis et in mentem revocata inter finem operis et operantis distinctione, ad consecraria iuridica gressum faciamus.

Cum finis operis sit finis obiectivus et intrinsecus, ad quem obtinendum natura sua matrimonium ordinatur, non requiritur ut nubentes expresse illum intendant: ad validum constituendum matrimonium sufficit ut ipsum positiva voluntate non excludant.

Finem operantis concurrere et convenire posse cum fine operis evidentissimum est. Non semper autem iidem conveniunt cum finis operantis omnino extraneus esse possit fini operis, ut v.g. cum quis per nuptias contrahendas sibi proponit divitias acquirere, nobiliare titulum consequi, pacem inter familias restituere, bonam famam servare, aerumnosae conditioni subvenire, paternam deserere domum, etc.

Nedum diversus sed et fini operis contrarius quandoque esse potest finis operantis cum contrahens primario et per se intendere finem possit, qui fini operis, i.e. instituto matrimonii adversetur et opponatur.

Qui mere diversum fini operis finem consequendum sibi proponit consensum non vitiat, ideoque matrimonium irritum non reddit, nisi simul positiva intentione finem operis absolute excludat. Legitimi sunt enim fines operantis diversi a fine operis dummodo huic non adversentur.

Qui nedum diversum, sed et contrarium ac naturali et essentiali ordinationi matrimonii adversum finem primario ac praevaletenti intentione consequendum sibi proponit, matrimonium irritum reddit. « Etenim finis operis — legitur in una c. Lefebvre — nequit excludi fine operantis quin corruat eo ipso contractus essentia, siquidem contrahentis voluntas non intendit omnino finem operis, sed tantummodo finem operantis, primum implicite excludens » (c. Lefebvre, Eporedien., d. 12 martii 1960, SRR. Dec., vol. LII, p. 171, n. 2).

Id autem non obtinet exclusio finis operis, qui essentiam matrimonii non constituit nec naturam unice specificat, quemque Codex

1917 secundarium appellabat: « Valide initur matrimonium cum traditio huius iuris secundarii non ingreditur ius principale tamquam eius pars constitutiva, neque cum eo iungatur tamquam eius praerequisita condicio sine qua non » (c. Wynen, Strigonien., d. 20 februarii 1947, SRR. Dec., vol. XXXIX, p. 109, n. 2).

Qui pravum finem consequendum intendit, salva tamen manente contractus substantia et absque exclusione finis operis, improbando quidem modo agit ac valde illicito, at per se consensum graviter non vitiat ut nullum reddat matrimonium: « Finis extrinsecus pravus a contrahente intentus illicitum reddit actum, non tamen invalidum modo servetur contractus substantia et positive non excludatur finis primarius » (WERNZ-VIDAL, *Jus canonicum*, tomus V, *Jus matrimoniale*, ed. IIIa, 1946, p. 32, n. 26).

Paucis: « Servata... essentia, matrimonium, quocumque fine initum, validum est » (P. GASPARRI, *Tractatus canonicus de matrimonio*, vol. I, 1932, p. 18, n. 9).

8. Finis operis non requiritur consecutio vel adeptio: sufficit ne positive excludatur, uti accidit in sterili. Etenim « sola ordinatio ad finem prolis est intrinseca matrimonio vel potius copulae, ad quam matrimonium dat ius, non huius finis assecutio » (WERNZ-VIDAL, *o.c.*, p. 34, n. 26).

9. Finis operantis per se matrimonii ineundi causa et ratio est, minime simulandi. Ideoque inepte ad simulationem vallandam vel probandam adducitur contrahentes vel contrahentem contraxisse ad determinatum finem assequendum.

Simulatus consensus admittendum non est nisi ostendatur finium adfuisse perversionem et finem matrimonio extrinsecum unicum fuisse contrahentis finem « matrimoniumque non fuisse nisi merum medium, quod, obtento fine extrinseco, iam inutile tenetur » (c. Lefebvre, Eporedien., d. 12 martii 1960, SRR. Dec., vol. LII, p. 171, n. 2; Cfr. c. Mattioli, Parisien., d. 7 decembris 1961, SRR. Dec., vol. LIII, p. 582, n. 2; c. Jullien, Vindobonen., d. 23 iunii 1938, SRR. Dec., vol. XXX, p. 344, n. 2; c. Pinna, Eporedien., d. 16 ianuarii 1958, SRR. Dec. vol. L, p. 12, n. 4; c. Davino, Romana, d. 24 novembris 1978, nn. 2-4; c. Agustoni, Burdigalen. seu Lemovicen. d. 26 maii 1981, nn. 5-9).

IN FACTO. — 10. Actor nullitatis accusat matrimonium cum Domina S. initum ob simulationem totalem mulieris, cum haec, valde

bonorum materialium cupida, « abbia sposato non me, ma la casa », quam extruendam idem curaverat pro futuro suo coniugio.

Antequam in conventam incidisset vir, nummarius, « avevo cominciato — ait — a costruirmi una casa in un terreno che mi avevano regalato i miei genitori. Già dopo una breve conoscenza, mia moglie, ed anche i miei suoceri, si mostrarono molto interessati alla costruzione della casa. Nel 1984 anche il mio suocero ha collaborato a dei lavori e nell'arredamento ».

Quin negetur mulieris eiusque parentum animi attentio, cura et studium ad extruendam et extractam domum, multa obstant quominus actoris assumptum admittatur.

11. In primis exclusivam vel praevalentem mulieris mentem in nubendo fuisse « sposa(re) la casa non me » est inductio, non deductio. De hac enim idem dumtaxat post nuptias suspicatus est, at argumenta, quae certitudinem moralem gignere valeant, non habuit momento celebrationis matrimonii nec in praesentiarum habet.

Circa assertam simulationem haec nuda verba habet: « Sono convinto che la mia ex moglie volesse avere soltanto la casa, altrimenti non avrebbe fatto pressione per dei mesi per queste nozze. Allora io avevo già e l'ho ancora oggi l'impressione che la mia ex moglie avesse quell'atteggiamento di rigirarmi a suo piacimento ».

Attamen « dichiarazioni concrete per la casa — pergit actor — nel periodo prima del matrimonio, la mia futura moglie non le aveva fatte e non ha parlato di nessun genere di intenzioni a questo proposito ».

Ex cupiditate mulieris post matrimonium, quae assignandam sibi voluit dimidiam partem nuperrime extractae domus coniugalis et momento separationis haud parvam solutionem pecuniae, inducit id fuisse unicum motivum seu rationem et finem per matrimonium consequendum, etsi nihil de hac esclusiva intentione percepisset ante nuptias nec de his quid diceret conventa.

Nec nimis exaggerandae sunt « pressioni per dei mesi per queste nozze ». Agitur enim de iteratis instantiis ad matrimonium anticipandum per semestre: « Io stesso non ero — fatetur — in alcun modo contro il matrimonio con quella che poi fu mia moglie, tuttavia ero contrario a questo termine; avevo cioè progettato la data per il maggio del 1986 ».

Mulier et parentes instabant pro celebrandis nuptiis ante finem anni 1985: « Fu la mia ex moglie, che circa nell'agosto del 1985 co-

minciò a parlare di matrimonio e a premere per questo, prima di tutto con la motivazione che la casa ormai era pronta, non sarebbe dovuta rimanere vuota durante l'inverno. Nel settembre del 1985, quella che poi fu mia moglie, provocò un diverbio con i miei genitori, in casa loro, e in quella occasione disse che suo padre non avrebbe più alzato un dito se noi non fossimo ancora sposati in quell'anno » ...« La mia futura moglie nell'autunno del 1985 ed anche a Natale di quell'anno ha fatto notare con pressioni che la casa da me costruita, nella quale più tardi volevamo vivere insieme, non doveva rimanere vuota per l'inverno, bensì doveva essere riscaldata, ecc. ».

Manifesta autem praegressus ratio, si parochum audis, aliud urgentiae motivum tegebat, i.e. mulieris praegnantiam: « Sono venuto a sapere da poco — deponit hac in instantia partium parochus — che le parti hanno avuto delle relazioni prematrimoniali... Per quanto sono venuto a sapere, vi fu gravidanza conclusa in modo sconosciuto a G. (actori). Fu nell'autunno del 1985 ».

Fragilitas argumentorum vel argumentationum viri neminem fugit. Haec non parum augetur si sequentia, in Libello scripta, attendantur: « Il suo consenso di fronte a me fu, sia al momento di sottoscrivere il verbale di nozze in parrocchia, sia in chiesa il 28 maggio 1986, non leale e vincolante, ma simulato. Lo deduco dal modo di procedere della mia intraprendente moglie, cinque giorni dopo le nozze religiose, in riferimento alla trascrizione notarile al 50% ... Cominciarono i disgusti nei miei confronti con la collaborazione anche del suocero e della suocera. Questo sviluppo non era certamente da me conosciuto, prima delle nozze, ma lo fu successivamente, per la prima volta ».

12. Deest confessio simulantis. Desideratur iudicialis quia conventa renuit depositionem reddere: non abest autem illius declaratio contra actoris assumptum, in sessione contestationis litis facta: « Ella si è opposta alla motivazione, dicendo ed asserendo che se qualcuno ha simulato, questi sarebbe stato suo marito, il quale avrebbe saputo, tramite il matrimonio, avvicinarsi ai suoi (di lei) soldi, ecc. ».

Quod autem gravius est omnino desideratur confessio extraiudicialis.

Relatio sponsalicia ad tres annos deducta est et « dichiarazioni concrete — deponit actor — per la casa, nel periodo prima del matrimonio, la mia futura moglie non le aveva fatte e non ha parlato neanche di nessun genere di intenzioni a questo proposito ».

Et revera nec actor nec ullus ex inductis testibus illam unquam contra matrimonium loquentem audivit vel dicentem celebrandum matrimonium habere uti meram formalitatem vel caeremoniam. E contra accipimus ab actore: « Ambedue eravamo d'accordo sul fatto di sposare religiosamente... Su espresso desiderio di mia moglie ebbero luogo le nozze civili e quelle religiose, immediatamente in successione ».

Quin dicatur domus possessionem conventam consequi valere et per merum matrimonium civile; quod post matrimonium religiosum petiit, immo exegit, coram notario assequi poterat per legitimum matrimonium civile, quin necessario celebrarentur nuptiae religiosae.

13. Deest quoque gravis et proportionata simulandi causa. Quae adducitur est causa contrahendi.

Non infitiantur Patres conventae eiusque parentibus valde cordi fuisse bonam oeconomicam condicionem per matrimonium consequi. Argentarii officium seu munus viri appetibiles reddebat nuptias cum eo ineundas eo vel magis quod et propria nova gaudebat domo.

Prospera fortuna viri ad nuptias cum eo ineundas impellebat mulierem, ceterum munere ornatam: nullo autem modo illam impellebat ad consensum simulandum.

14. Non succurrit testificalis probatio.

Actoris soror A. cognatam dicit quidem « persona molto materiale e molto interessata al denaro », at « riguardo al periodo della conoscenza e di come sia trascorsa fino alle nozze, fondamentalmente non so niente » et ad simulationem definite ac nominatim quod spectat deponit: « Non posso sostenere che la Signora S. non volesse contrarre e condurre un vero matrimonio con mio fratello » ... « Secondo me, questo matrimonio è fallito per il fatto che da ultimo mio fratello non ha fatto più tutto quello che sua moglie pretendeva da lui ».

Idem habet altera actoris soror X.: « Esisteva senza dubbio un interesse materiale a questo legame. Dire che ella abbia sposato solo con premeditazione materiale è difficile da provare » ... « Le nozze religiose, in quanto tali, non sono state messe in discussione ».

Nec actoris pater quid afferre valet quod prosit filio: « Non ho neanche alcuna dichiarazione riguardo al perché la Signora S. abbia spinto per il matrimonio. Più tardi, cioè nel matrimonio, si è mostrato che la Signora S. non ha sposato mio figlio G., ma la casa. In

questo senso hanno parlato anche altre persone » — (at earum nomen haud significat) —. Utcumque « mio figlio G. non si è espresso in questo modo e neanche la Signora S. »... « Il fatto di sposare religiosamente non fu messo neanche in discussione ».

Debiliora argumenta affert actoris mater, quae utique conventam se manifestavisse post nuptias « interessata soltanto al denaro » asserit, at de simulatione nihil omnino accepit: « Le nozze religiose non furono mai messe in discussione. Ma in particolare, lei non ha sicuramente preso sul serio la cerimonia religiosa, poiché ha detto alla mia figliola: “Da questo calice non ci bevo” ». Quantum vero verba haec sibyllina valeant ostendit filia X., quae conventam illa non proprio matrimonio applicasse nos certiores facit. Nam dum « la Signora S. ed io (circa 14 giorni prima del matrimonio) eravamo a guardare, per così dire come spettatori, un altro matrimonio. Allora venne data la comunione sotto le due specie. In seguito quindi la Signora S. disse: « Da un calice così, ella non avrebbe voluto bere ». Cosa volesse esprimere con ciò, non posso dirlo. Forse è stata soltanto una sua espressione, perché non è al corrente delle nuove usanze della Chiesa ». Ceterum aliunde scimus conventam in adimplendis pietatis officiis sollicitam non fuisse nec esse.

15. Expleta instructoria per auditionem suiipsius et quatuor testium a se inductorum, actor adiit « un esperto avvocato », diversum ab eo, qui usque tunc ei in iudicio adstiterat, uti in litteris, Tribunali d. 13 septembris 1988 datis, significat.

Consultationis exitus fuit ut idem sibi persuaderet in suo matrimonio actum esse potius de dolo et errore: « Per la causa stessa sono state già prodotte fin qui le prove che mia moglie ha contratto questo matrimonio dolosamente, quanto meno con dolus eventualis e riserva mentale, come risulta da tutti gli atti, poiché la sua motivazione e l'incrollabile proposito erano diretti soltanto al fatto di venire in possesso, per mezzo del matrimonio, della metà e presumibilmente di tutta la casa. Ella, dunque, mi ha perfidamente condotto in un errore e non ha mai pensato di effettuare un diritto valido, ineccepibile e senza inganno del consenso matrimoniale, parimenti corrispondente allo scopo del matrimonio nel senso del diritto civile e religioso ».

Neminem fugit quanta confusione ducatur actor in vindicanda nullitate sui matrimonii et quanta carentia argumentorum idem laboret. Nec ullum adducit lapidem pro illustrando, comprobando et

confirmando simulationis positivo voluntatis actu ex parte conventae. Ad summum idem confert quod conventa in abstracto posset consensum simulare, minime vero quod hoc re fecit. At a posse ad esse non valet illatio.

Et revera illius patronus « si permette di prendere le distanze dalla lettera della parte attrice ».

16. Hac in instantia coram Rota per rogatorias auditus est partium parochus.

Optimum sacerdos credibilitatis testimonium dat pro actore, censuras vero quoad conventam ob illius carentiam sollicitudinis in adimplendis religionis officiis, quae et familiaribus communis est, profert.

Conventa autem una cum actore « Corso di preparazione al matrimonio », in quo « parlarono un sacerdote, un medico, una coppia » adfuit et ambo ante matrimonium doctrinam Ecclesiae positive acceptare declaraverunt « assicurandomi di aver inteso e compreso le cose del matrimonio del corso di preparazione al matrimonio, motivo per il quale non fu necessaria una nuova dichiarazione, per lo meno non in un contesto vasto ».

Qua de causa « già allora avevo l'impressione che la loro decisione di contrarre matrimonio fosse seria, altrimenti non avrei fatto firmare loro due e non li avrei sposati ». Addit vero: « Se però si osservano i fatti che si evincono poco dopo il matrimonio, bisogna dubitare della sincerità della scelta di S., poiché la separazione è venuta da parte sua ».

Opportune adnotat R.D. Defensor vinculi deputatus: « Hic modus ratiocinandi a posteriori revera debilis est... ista illatio a posteriori est arbitraria et non obiectiva ». Debilitatur enim ex eo quod testis fateatur haud se scivisse et scire sive scientia propria sive aliena quaenam fuerint ideae conventae contra matrimonium: « Io non so da altre persone quali idee abbia avuto S. sul matrimonio ».

Unus a quo notitias seu informationes accepit testis est actor et quidem tempore suspecto: « Il Signore G. — fatetur testis initio suae depositionis — si è rivolto a me con l'introduzione del processo, fu quindi 3-4 volte da me, e dall'inizio del processo abbiamo sempre nuovi contatti su questa causa ». Et revera nedum causam suasit, sed actorem quoque in redactione libelli adiuvit. Libello adnexae sunt enim « Osservazioni sul libello », « che il parroco di

“H.” ha compilato insieme all’attore... da considerare come parte integrante del libello, su espresso desiderio della parte ».

« Ho aiutato l’actor — *comprobat testis* — nella formulazione dell’atto di accusa. Quando sentii del divorzio, ho richiamato la sua attenzione sulla possibilità di un annullamento ». *Nullam curam autem ostendit audiendi partem conventam, fisis et nisus uno verbo actoris*: « Non ho avuto più contatti con la Signora S. dall’esame del matrimonio ». *Et tamen parum idem sciebat de historia huius matrimonii*: « Sono venuto a conoscenza della crisi del matrimonio solo poco prima della sentenza di divorzio » ... « Non ho ricevuto comunicazioni e perciò non sapevo come si sia evoluta la vita matrimoniale ». *Nunc autem sententia divortii est diei 17 augusti 1987: libellus exhibitus est die 16 decembris 1987 et notae libello adnexae die 7 decembris 1987 exaratae sunt.*

*Et recens testis, ideo, non multum confert thesi actoris, si illius depositionem critiche expendatur.*

#### 17. *Circumstantiae actoris assumpto non favent.*

— *Per tres annos sponsaliciae relationis idem nihil accepit, immo nec percepit, de contraria mulieris mente vero matrimonio;*

— « Di fronte a me, — ait actor — la mia ex moglie si è mostrata come persona religiosa », *etsi non assidua practicae religiosae;*

— *Mulier nihil obiciendum habuit matrimonio religioso, quod communi consilio et « su espresso desiderio di mia moglie » celebratum est;*

— « Alle nozze religiose, come anche al banchetto, — iterum testante actore —, non vi è stato nessun avvenimento o delle dichiarazioni, per la causa »;

— « La famiglia X. era considerata pressapoco la più ricca in paese » (*actoris soror*);

— *Vita intima regularis sive quoad frequentiam sive quoad modum;*

— « La Signora S. voleva avere dei bambini » (*actoris pater*);

— *Tantum « nella prima metà di novembre del 1986 ebbero inizio fra noi serie divergenze ». Cessio dimidiaie partis domus evenerat immediate post nuptias, die scilicet 3 iunii antecedentis;*

— *Numquam, nec cum aciores factae sunt relationes, mulier declaravit se verum matrimonium inire haud intendisse.*

18. Causa ruinae matrimonii extranea et dumtaxat postmatrimonialis fuit: « Il motivo è stato il cattivo trattamento, che ho dovuto ricevere da mia moglie ».

In actis et alia adumbratur vel insinuat, praeter quaestiones ordinis oeconomici, causa, i.e. difficultas in usu matrimonii.

Quae vera causa naufragii vitae coniugalis fuit, facile perceperat actor tempore praematrimoniali, ingenium scilicet firmum ac imperiosum mulieris: « All'inizio della nostra conoscenza era tutto a posto... fino circa la fine del 1983 o l'inizio del 1984. Da questo periodo di tempo si dettero tra quella che poi fu mia moglie e me, sempre nuovi dibattiti, finché alla fine, lei aveva sempre imposto la sua volontà ». Qua de causa « alcuni conoscenti mi hanno... messo in guardia, dicendomi che per me non sarebbe stato facile, perché la mia futura moglie avrebbe sempre avuto l'abitudine di imporre la sua opinione ».

Quin dicatur ex causa separationis civilis aliud quoque evinci ruinae matrimonii motivum, a conventa adductum et a viro minime confutatum vel refutatum: « La querelante, da ultimo, ha fatto valere soltanto come motivi di decisione, il fatto che il querelato si è comportato nei suoi confronti sempre più senza affetto ed interesse, che egli avrebbe trascorso da solo il suo tempo libero ed avrebbe irrimediabilmente distrutto il matrimonio. Il querelato non ha contraddetto le motivazioni, riportando tuttavia, che anche la querelante, da almeno sei mesi, si è comportata nei suoi confronti in maniera del tutto priva di amore e di interesse ed ha trascorso anche lei il suo tempo libero da sola ».

Ruit ergo ab imis affirmatio viri coram Tribunale ecclesiastico facta, qua unquam rationem vel causam naufragii fuisse aviditatem immoderatam consortis assumit: « Mia moglie ha rifiutato una riconciliazione. In ultima analisi, le andavano di più la casa e il denaro ».

19. Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infra scripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunale sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondententes:

« *Negative, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu, ob simulationem totalem ex parte mulieris conventae* ».

Ita pronuntiamus et mandamus locorum Ordinariis et Administris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam

Sententiam notificent omnibus, quibus de iure, et executioni tradant ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Tribunalis Rotae Romanae, die 14 octobris 1992.

*Raphael Funghini*, ponens  
*Victorius Palestro*  
*Cormac Burke*

(*Omissis*).

---

(\*) La causa si riferisce al matrimonio di un impiegato bancario — l'attore — con una donna che, al dire dell'attore, intendeva non tanto sposarsi con lui, ma acquisire la proprietà della casa che l'attore si era costruita in un suo terreno con grande aiuto da parte della convenuta e della sua famiglia, durante il fidanzamento.

La causa si presenta come un caso di simulazione totale da parte della convenuta che si mette in rapporto stretto con una possibile devianza nei fini intesi nel negozio matrimoniale, giacché la giurisprudenza ammette che se l'unico fine del contraente è assolutamente estrinseco al matrimonio si può dire che c'è simulazione totale del consenso (cfr. J.G. JOHNSON, *Total simulation in Recent Rotal Jurisprudence*, in *Studia Canonica*, 24 (1990), p. 383-425, specialmente p. 394-396). La presente sentenza — che, a quanto ci risulta, è la prima su questo argomento dopo il Codice di 1983 — apporta una completa e chiara esposizione della storia del magistero e della dottrina sui fini del matrimonio e quindi merita l'interesse del canonista. La giurisprudenza riportata nella sentenza si potrebbe integrare con queste altre decisioni rotali: c. Felici, 5 dicembre 1951, *SRRD* 43 (1951), p. 751-757; c. Bruno, 8 luglio 1975, *SRRD* 67 (1975), p. 473-484; c. Bruno, 29 ottobre 1976, *SRRD* 68 (1976), p. 394; c. Fiore, 17 giugno 1981, *SRRD* 73 (1981), p. 326-333; c. Serrano 11 dicembre 1981, *SRRD* 73 (1981), p. 625 (per un'analisi di questa giurisprudenza, cf. l'articolo del Johnson sopra citato). Sui fini del matrimonio si può trovare uno studio interessante e attuale anche nell'articolo di C. Rojo, *Unidad y relevancia jurídica de los fines del matrimonio en el nuevo Código de Derecho Canónico*, in *Ius Canonicum*, 62 (1991) p. 683-707 (con abbondanti riferimenti bibliografici) e nei lavori di J.S. MORENO, « *Fines matrimonii* » as found in canon 1055 § 1 in the 1983 CIC. A critical Study, tesi dottorale nell'Università di S. Tommaso, Roma 1991, e di P. KITCHEN, *The presence and absence of the essential elements of*

the « *mens matrimonialis* ». *A Juridical analysis concerning the « intentio nubendi » through the jurisprudence of the cases of simulation with reference to one English common and criminal Law*, Tesi dottorale nell'Università di S. Tommaso, Roma 1989.

La sentenza risponde negativamente alla richiesta dell'attore perché non è stata provata la simulazione, cioè: non sono state rinvenute né *aversio matrimonii* né altra *causa simulandi* che indicasse qualche probabilità di esclusione positiva del consenso matrimoniale. L'ipotetico fine particolare della convenuta non è stato dimostrato né contrario né prevalentemente inteso ai fini essenziali del matrimonio.

Nella parte *in iure* il ponente lascia capire che se il nubente intende prevalentemente un bene (« *finis operantis* ») contrario al « *finis operis* » esclude implicitamente — ma con atto positivo — il « *finis operis* » del matrimonio e, quindi, lo rende nullo. A questo riguardo dice il Sanson: « a person could will something which is opposed to the essential content (objet) of marriage... The object that was willed, by its nature excluded the possibility of the correct object. This is the category we would specify as implicit simulation, or "simulation (implied exclusion)" » (R.J. SANSON, *Implied simulation: Grounds for annulment?* in *The Jurist*, 48 (1988), p. 764). Ovviamente, l'oggetto del consenso matrimoniale è definito anche dal *finis operis*.

Sebbene la sentenza asserisca che per rendere nullo il matrimonio il fine prevalentemente inteso nell'agente deve essere *contrario* ai fini essenziali del matrimonio, porrei la questione se un fine meramente *diverso* dai fini del matrimonio possa renderlo nullo qualora questo fine si pretenda *prevalentemente*. Seguendo il dettato della sentenza, infatti, è vero che il *finis operantis*, in linea di massima, non esclude la volontà matrimoniale, anzi, è una *causa contrahendi* in più. Ma se un fine meramente diverso a quelli essenziali si pone in modo prevalente, cioè, al di sopra dei fini essenziali del matrimonio, in verità non li esclude *per sé*, ma indebolisce grandemente la volontà matrimoniale perché si vuole prevalentemente (benché, in teoria, non esclusivamente) qualcosa che non è il matrimonio. Anzi, credo sia legittimo dubitare che un tale fine sia compatibile con una vera volontà matrimoniale. Stando così le cose, perché ci sia l'atto positivo di volontà escludente, basterebbe una minima *aversio matrimonii*, poiché il *finis operantis* diverso e prevalente ai fini essenziali del matrimonio può giocare un ruolo coadiuvante alla *causa simulandi* e rendere più sostenibile la simulazione del consenso, se — come dice la sentenza (n. 9) — il fine estrinseco al matrimonio rimane come *unico* fine dell'agente. « The respectability of the extraneous motivation is not really the point at issue here. The real point at issue is whether the extrinsic goal so occupies the subject's consciousness that there is no room left

for genuine marital intention (...); Only if the extrinsic goal is the sole objet of the person's will can he be said to have simulated » (J.G. JOHNSON, *Total simulation...*, cit., p. 394).

A mio avviso, alla luce della dottrina personalistica si può rendere ancora più evidente che, se qualcuno intende celebrare il matrimonio con una finalità prevalente diversa dal matrimonio stesso, il nubente in verità compie una strumentalizzazione della persona dell'altro in ordine al suo scopo particolare. Nell'ordine naturale la volontà dev'essere indirizzata alla persona stessa dell'altro, in modo assoluto. In questa ipotesi però, la finalità estrinseca sarebbe posta al di sopra della persona. Per questo, questa finalità strumentalizzante non soltanto è contraria ai fini del matrimonio, ma svuota di significato matrimoniale anche l'atto del consenso, perché non c'è assolutamente una donazione personale all'altro, ma uno sfruttamento dell'altro. Entro questi casi si possono annoverare, ad esempio, quei matrimoni celebrati a scopo di acquisire la nazionalità dell'altro, legittimare i figli, o emanciparsi, casi ormai ben conosciuti dalla giurisprudenza (cfr. giurisprudenza sopra citata).

Questo ragionamento, mi pare, non soltanto serve nel campo della simulazione ma anche riguardo all'errore sulla qualità direttamente e principalmente intesa. Secondo la normativa attuale (c. 1097 § 2), se qualcuno intende direttamente e principalmente non già la persona stessa in quanto tale e in ordine al matrimonio ma qualche sua qualità — che diventa così il vero oggetto del suo consenso — il matrimonio è nullo se c'era l'errore su quella qualità. A mio avviso, però, il matrimonio non sarebbe nullo per l'errore sulla qualità, ma per il fatto di aver inteso direttamente e principalmente qualcosa di diverso dalla persona stessa dell'altro: si tratta, in fondo, di un caso di mancanza di vero consenso matrimoniale e come tale deve essere trattato.

Dopo tutto questo, è facile concludere che, per quanto riguarda il caso in esame, il problema concerne la prova della prevalenza del *finis operantis*. Questa prova si dovrà fare coi mezzi di valutazione della volontà interna che tradizionalmente la giurisprudenza adopera per la simulazione. In sostanza, si deve provare un atto positivo di volontà che sceglie un fine particolare mettendolo al di sopra dei fini naturali del matrimonio. E il mezzo di prova sarà, principalmente, la valutazione della *causae simulandi* e *contrahendi*, e delle circostanze intorno al matrimonio. Sarà una circostanza assai rilevante (che però non va valutata isolatamente) se l'ipotesico simulante, dopo aver ottenuto il proprio fine prevalente o dopo la certezza sull'impossibilità di raggiungerlo, mostra un'assoluto disinteresse per i doveri coniugali (cfr. sentenza c. Lefebvre, 12 marzo 1960, citata nella presente sentenza al n. 9).

Pablo Gefaell